

13

X

144

A. & Ω.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

DE

KOINΩNIAI

CVM CHRISTO ET DAEMONIIS,

AD I EPIST. AD CORINTH. CAP. X,

QVAM PERMITTENTE

INCLVTA FACVLTATE PHILOSOPHICA

IN ACADEMIA LIPSIENSI,

PRAESIDE

GOTTFRIDO OLEARIO, P.P.

IN AVDITORIO

COLLEGII MAIORIS

PVBlico EXAMINI EXPONET

CHRISTOPH. LVDOVICVS STIEGLIZ,

LIPSIENSIS.

N. J.
in 1. Ep: ad Corinth:
35f.

A. D. V IVNII. A. cLo Io ccvi.

LIPSIAE

LITTERIS FLEISCHERI IVNIORIS.

Exeg.

C.

351,18

H. J. Rudiger.

DISSERTATIO THEOLOGICA

KONIGIA

CVM EXISTO ET BALEMIS

AD I. PRIST. AD CORINTH. CAP. X.

IN QVATA EXAMINATA THEOLOGICA

IN ACADEMIA THEOLOGICA

PRASID. DE

GOTTFRIDUS O. SEARLO, P.P.

IN VITULO

COMB. A. M. A. I. O. R. I. S.

THEOLOGICAE FACULTATIS

CHRISTOPH. W. G. O. V. O. S. T. I. E. L. L. I.


AL. B. R. E. W. A. S.

A. D. V. I. N. I. A. O. S. I. S. C. O. R.

I. P. S. I. A. E.

IN THEATRO THEOLOGICO

[Faint handwritten notes or signatures]



DE

KOINONIAI

CVM CHRISTO ET DAEMONIIS.



Ruſtra in innumeris Scriptorum ſacrorum locis dilucidandis explicandisque laborant, qui non alios quam ſui ſeculi mores cognitos perſpectosque habentes, ex eius ingenio viris diuinis dicta ſcriptaque aſtimant, ad quod inuita haut raro verba eorum trahentes, ſenſus eliciunt, ſi non contrarios menti Spiritus Dei atque aduerſos, alienos certe maxime, lucemque orationis diuinae obſcurantes. Euenitque proſecto haut raro, vt, dum maxime niti ſe arbitrantur Viri boni Verbo Dei, inconcuſſa veritatis regula, propriis ſuis figmentis pede vacillante inſiſtant, ſuique cerebri idolis inſeruiant, alios interea diſſidentes alto ſupercilio, tanquam coecos & coecorum ductores, deſpiciant, ſaepe grauioribus quoque calamitatibus afficiant. At vero fuiſſe gentium, inter quas ſacris ſcriptoribus fuit verſandum, fuiſſe aetatis, qua officio ſuo fuerunt deſuncti, mores, opinionones, ingenia, ſtudia a noſtris diuerſiſſima, nemo qui in mundo hocce non plane ſit peregrinus, nec vltra patriam glebam caput extulerit vnquam, in dubium facile vocauerit. Ea igitur vbi neceſſe eſſet redarguenda, excitanda, Viros diuinos maxime reſpexiſſe: ex iis ad hominem ſaepe argumenta duxiſſe, ſublimioribus doctrinis haut raro illuſtrationem quaesiuiſſe, aliisque modis infinitis, ut par erat facere prudentes familiae Dei oeconomos, in vſum verita-

A

tis

tis & gloriae diuinae vertisse, nemo negauerit, nisi qui entheos illos scriptores suae aetatis hominum salutis, ipsorumque eorum, ad quos diserte scripta sua & epistolas dirigebant, penitus incurios, nos demum solos respexisse statuere voluerit. Hinc nunquam satis mirari potui iudicium eorum, quibus adeo omnis philologia, antiquorumque morum, rituum, opinionum studia inuisa sunt, vt profanorum fere loco habeant, & conuersionem propemodum atque contactum tantum non reformident, perinde vt publicanorum olim atque gentilium seuerioris disciplinae Iudaei, apud quos aliquod pretium stare his literis nouerint. Quos sensu suo nos abundare patientes nihil tamen eorum iudicium reformidantes, iam age experiemur, an lucis aliquid affundere liceat nobis, his ipsis studiis initiatis, celebri loco epistolae Pauli prioris ad Corinthios quo ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογῶμεν, Κοινωνίαν τῆς αἵματος τῆς Χριστοῦ esse affirmat, τὸν ἄρτον, item ὃν κλῶμεν κοινωνίαν τῆς σῶματος τῆς Χριστοῦ, h. e. *Poculum benedictum cui benedicimus communitatem esse sanguinis Christi, panem quem frangimus communitatem sanguinis Christi esse.* Nos item ἐν σῶμα εἶναι πολλὰς, ὅτι εἷς ἄρτος ἓν ἓν corpus esse omnes, quoniam vnus sit panis. Huic enim κοινωνία opponit Scriptor diuinus τὴν κοινωνίαν τῶν δαιμονίων et τῶ ποτηρίῳ τῆς κυρίας, τῶν δαιμονίων ποτήριον, et τράπεζαν τῶν δαιμονίων, nisi eam partem ἀντιθέσεως ad ἄρτον spectare malis, qua de re paulo post vberius erit dispiciendi locus. De hisce itaque rebus ποτηρίῳ scilicet & τράπεζα δαιμονίων, vt & de κοινωνία cum illis paulo diligentius mihi dispiciendum. Videndum item an aliquid lucis inde affalgeat oppositae κοινωνία corporis & sanguinis Iesu Christi. Qui tamen labor, ne alicui, in limine statim impingenti, frustra suscipi videatur, quae intercedat inter istas res in oratione Apostoli coniunctio ante omnia examinabimus: vt ex ipsa hac coniunctionis ratione pateat, aliquid lucis rei quam quaerimus ex ista consideratione impiorum sa-

cro-

rorum omnino esse expectandum: quam Corinthiorum, quibus perspectissima erant illa Gentilis theologiae mysteria, clarissime affulsisse oculis, non est profecto cur dubitemus.

II. Scopus itaque specialis Apostolo, in ista Epistolae huius parte propositus est ille, ut *idololatriam dissuadeat*, quam diserte propositionem commate quarto decimo capitis X proponit. Eam vero cauendam necessario esse sibi persuasuro, omnino loquendum cum illis esse ait, tanquam cum iis qui sacris, Christianismi imprimis, mysteriis sint initiati, cum solidissima argumenta peti & possint & debeant ex occultiore Sacrorum siue Christianorum, siue Iudaicorum, siue Gentilium disciplina, a qua profanum vulgus exosum arcebatur: Iuxta tritum istud in Eleufiniis *ἐκὰς βέβηλοι*, istudque Poetae: *Odi profanum vulgus & arceo*. Huc nempe respicit Apostolus verbis *ὡς Φρόνιμοις λέγω*. Nempe id quoque accommodatum ex Gentilium sacris, quibus antea Corinthii fuerant initiati. Apud eos enim *imprudentes Religionis*, quibus opponuntur manifeste *Φρόνιμοι*, dicebantur, qui sacris mysteriis initiati non essent, atque adeo adytis prohiberentur. Sic Liuius Belli inter Philippum & Athenienses exponens origines: *Acaruanes duo Iuuenes per initiorum dies, non initiati, templum Cereris IMPRVDENTES RELIGIONIS cum cetera turba ingressi sunt*. Opposita ratione Apuleius *mysteriis Deum se conscium* ait, h. e. *Φρόνιμον* stylo Apostoli: & vulgo mysteriis *τετελειωμένοι* dicuntur *θεωρῶντες* & *ἐποπτεύοντες*. Hucque referri non inepte putem quod Chorus inter alia in Aristophaneis Ranis hisce initiis exultans canit:

Μόνοις γὰρ ἡμῖν ἥλιος
καὶ Φέγγος ἰλαρόν ἐστὶ
ὅσοι μεμυήμεθ', εὐ-
σεβῆ τε διήγομεν
τρόπον &c.

Vt Gentilium itaque superstitio, ita Christiana quoque Religio sacra sua habebat mysteria, inter quae primum locum facile obtinebat mysterium corporis & sanguinis Domini, quod *Φρικω-* vt Homil. *δέσματα μυσήρια* Patribus passim, Iustino Martyri in Apologetico 18. in 2. II, & Chrysofostomo frequentissime appellari, quemadmodum *Cor. prauendum mysterium* Gregorio Magno audit, omnibus notum est. Notum etiam est ad ista maiora Christianismi mysteria non statim admissos fuisse Catechumenos, ipso aspectu quoque eorum prohibitos, quod prolixius ex veterum disciplina deducere, & superforaneum esset, postquam egregie eo labore viri docti hinc inde fuere defuncti, & a praesente nostro instituto cum maxime alienum. Hinc est, quod passim apud Patres quoque Christianos in sermonibus publicis aliquid istorum mysteriorum attingentes, vsurpetur phrasis *ἴσασιν οἱ μεμνημένοι νορυντῖν initiati*, i. e. Pauli stylo *Φρόνιμοι*. Cuius rei, ne praeter necessitatem hic simus prolixiores, complura exempla con-gessit Isaacus Casaubonus in Exercitatione XVI contra Annali-p. 399. sq. um scriptorem. Imo Chrysofostomus talibus formulis haut ra-ad 1. Cor. ro utitur: *Βέλομαι μὲν σαφῶς αὐτὸ εἰπεῖν ἔ τολμῶ δὲ διὰ τῆς XV, 29. ἀμυήτης ἔτοι γὰρ δυσκολωτέραν ἡμῖν ποιεῖσι τὴν ἐξήγησιν ἀναγκά-ζοντες εἰ μὴ λέγειν σαφῶς, ἢ εἰς αὐτὰς ἐκφέρειν τὰ ἀπόρρητα. Ci-rio quidem perspicue rem dicere: sed propter non initiatos non audeo: Hi interpretationem nobis reddunt difficiliorem: dum nos cogunt aut perspicua non dicere: aut arcana quae taceri de-bent apud ipsos efferi. Similiterque apud Theodoritum Dial. II, orthodoxo aiente: *ἔ χρὴ σαφῶς εἰπεῖν, εἰκὸς γὰρ τινὰς ἀμυή-της παρεῖναι, aperte dicere nefas, fieri enim potest ut quidam hic adstent non initiati; Eranista respondet αἰνιγματωδῶς ἢ ἀπό-κρισις ἔσω, aenigmatice ergo respondeatur. Cyrilli locum in Catechesi sexta cum infinitis aliis praeterire nequeo: *περὶ μυσ-τηρίων ἐπὶ κατηχημένων λευκῶς ἔ λαλῶμεν, ἀλλὰ πολλὰ πολλά-κις λέγομεν ἐπικεκαλυμμένως, ἵνα οἱ Εἰδοτεσ πισοῖνοῦσσι. De myste-***

myste-

mysteriis praesentes si sint catechumeni clare non loquimur, sed saepe multa dicimus tecte, ut qui norunt fideles intelligant. En τῆς εἰδότηας eisdem cum Pauli Φρονίμοις: cuius verba ὡς Φρονίμοις λέγω quid sibi velint liquidissime iam constare arbitror. Nempe idololatriam dissuasurus argumento, petito ex intimis sacrorum Christianorum recessibus, corporisque & sanguinis Domini mysterio, illudque αἰνιγματωδῶς atque μυσικωτέρως propter ἀμυήτας, quales adesse poterant praelegentibus epistolam illam, prolaturus, se ὡς Φρονῆσιν λέγειν ait, i. e. tanquam illis quibus nota sint haec mysteria, ut initiatis, qui proinde facile αἰνιγμα orationis suae sint explicaturi: maxime si probe attendant vocibus ex Gentilium sacris huc translatis, κοινωνίας imprimis, easque cum re, quam cognitam habeant adcurate perspectamque, contendant.

III. Hinc iam argumenti antecedens proponit, quod scilicet in κοινωνίαν corporis & sanguinis Iesu Christi perueniamus poculo benedicto & pane fracto fruente, commate XVI. Quam communionem, sed ἐπικεκαλυμμένως, qualis sit describit comm. XVII. Ὅτι εἷς ἄρτος ἐν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν, fundamentumque & rationem talis communionis eodem commate subiungit: οἱ γὰρ πάντες ἐκ τῆς ἐνὸς ἄρτος μετέχομεν. Quae nisi fallor ita procedit ratiocinatio: ex uno pane comedimus qui sit corpus Christi; quod posterius non dicit Apostolus diserte quidem, paulo occultius ista propter ἀμυήτας proponens, nam in his praecipua mysterii ratio; insinuat tamen per nexum causalem, quo colligauit hanc propositionem cum altera εἷς ἄρτος ἐν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν. Si enim ex eo, quod uno pane vescimur, colligere est, quod unus panis simus; certe ex hoc quoque quod unum corpus simus colligetur retro eundo, uno corpore nos vesci, vel panem esse corpus cuius fruitio facit ut unus panis nos simus & corpus unum. Proceditque adeo argumentatio, quod ostendere parabamus, ita: Uno pane vescimur qui idem sit cor-

Cap. VI,
v. 17.

pus Christi, indeque ipsi arctissime cum illo pane, qui corpus est, coniungimur, sumusque adeo vnus panis vnumque corpus, cum quo enim aliquis ita arcte coniungitur, *id esse* dicitur stylo scripturae, quemadmodum ἐν πνεῦμα esse dicitur κολλώμενος τῷ κυρίῳ in eadem hac epistola, & κολλώμενος τῇ πόρῃ ἐν σῶμα; atque in hoc adeo consistit, ex qua ad idololatriam euitandam argumentatur Apostolus, κοινωνία. Cui rei vt haut paulo vberior accedit lux ex iis, quae paulo post ex instituto dicemus; ita dici non potest, quam egregie nexus ita ostensus & argumentandi ratio orthodoxam de hoc mysterio doctrinam firmet, quamque pulchris meditationibus viam sternat, a quibus tamen, cathedrae, in qua defendenda haec sunt, memores, nunc abstinemus.

IV. Iam argumento κοινωνίας proposito, ex quo deinceps inferenda sequetur conclusio de vitanda idololatria, porro illud illustrat ex iuribus sacrorum Hebraeorum comm. XVIII, quod nempe iuxta illa quoque fundamentum alicuius κοινωνίας cum ipso altari fit, edere de sacrificiorum reliquiis. Nempe inquit ἐσθίοντες τὰς θυσίας κοινωνοὶ τῆ θυσιαστηρίᾳ i. e. Quicumque ad sacrificia comedenda admittuntur, illi ad κοινωνίαν sacrorum Iudaicorum admittuntur, nec atrio gentium continentur amplius, propiore accessu exclusi, sed in ipsius altaris omniumque sacrorum communionem venire possunt. Quam κοινωνίαν per sacrificiorum manducationem, nil necesse est statuere esse eiusdem generis cum ea, de qua hoc loco praecipue agitur, id quod simile enim est, atque illustrationis causa adducitur, idem esse non debet. Sufficereque h. l. Apostoli scopo Logica ratio suadet, quod aliqua communio & κοινωνία fundatur in manducatione sacrificiorum oblatorum: κοινωνία nempe cum ipso altari omnibusque quae sacra sunt Iudaeis: ad illustrandam κοινωνίαν multo sublimiorem in sacris istis Christianis, in quibus manducantes panem, cum sacrorum omnium sacratissimo, corpore

pore

pore scilicet Christi, coniungantur & κοινωνίαν habeant. Id nempe vnice propositum erat Apostolo, vt monstraret κοινωνίαν Christianos in μυστηρίοις illis Φρικτοῖς contrahere, quae cum idololatria consistere non posset. Quod initiatis verum esse facile liquebat, qui nossent istam κοινωνίαν esse veri Christi corporis. Vt non initiatis tamen, & confusam tantum ejus mysterii notitiam habentibus, aliquo modo liqueret, generaliore argumento eos conuincit, omnem rei quae sacra habeatur comestionem κοινωνίαν aliquam importare, ipsumque carnalem istum caeremoniarum Iudaicarum cultum talem κοινωνίαν, alterius licet generis, effecisse. Quamuis illud ipsum argumentum vltterius quoque tendere possit intelligi. Nempe satis erat ostendere, edenti ex carnibus oblatis κοινωνίαν esse cum altari; hanc enim cum altari κοινωνίαν causam porro κοινωνίας cum eo, cuius esset altare, existere, ex iuribus sacrorum tam notum erat, quam quod notissimum, vt ex coniunctione cum Deo ἀσάρκῳ, de κοινωνίας cum Deo ἐνσάρκῳ non difficile esset statuere.

V. Habemus explicatam rationem, ex qua deducere parat Apostolus conclusionem de euitanda idololatria: sed cum ad eam expedita via procedere vix liceat, nisi remoto antea obstaculo, quod nihil sint idola, nihil proinde etiam idolothyta & quaecunque ad ea referantur, vt adeo noxa carere videatur offerre ipsis aliquid, vel oblato frui; tollere illud prius Apostolus conatur Comm. XIX & XX. Nempe licet idolum nihil sit, ipsi tamen qui offerunt sacrificia idolis, ea intentione offerunt, vt cum Daemoniis coniungantur. Vnde conclusio iam subiicitur & θέλω δὲ ὑμῶς κοινωνῆς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι & δύνασθε ποτήριον κυρίου πίνειν καὶ ποτήριον δαιμονίων & δύνασθε τραπέζης κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων: h. e. *Cum Daemonibus autem vobis esse nolim communitatem, non potestis & Domini & Daemoniorum poculum bibere, non potestis & Domini &*

ni & *Daemoniorum mensam participare.* In quibus quidem verbis explicandis nostra nunc potissimum versabitur industria, ut illustretur ex eorum sensu summa & irreconciliabilis ἀντιπάθεια inter sacra Christiana & Gentilia ista, ex natura κοινωνίας quam utraque efficiunt. Considerabimus autem primum, quid sit ποτήριον δαιμονίων quod bibant idolis θύοντες, porro, quid τραπέζα sit ἧς μετέχουσι, tertio, quae κοινωνίας indoles, quam ποτήριον illud bibentes & τραπέζης μετέχοντες cum Daemoniis contrahant: ultimo, ut talem κοινωνίαν ferre non possit κοινωνία αἵματος καὶ σώματος χριστοῦ.

VI. Quantum ad ποτήριον δαιμονίων de quo primo agendum loco, varia inuenimus quae eo referri posse existimes. More receptum erat in quibusuis conuiujs apud Graecos varia euacuare pocula. Vnum ut Stephanus Le Monius rem proponit, in honorem Deorum Olympiorum, alterum in honorem Heroum, & tertium in honorem Iouis σωτήρος, ἀγαθῆ δαίμονος & ὑγείας. Quae tria pocula videntur pocula δαιμονίων esse, de quibus hoc loco Apostolus, eidem Viro clarissimo, & magno Philologo, quem sequi se profitetur Saubertus in erudito de Sacrificis tractatu. At Le Monium quidem cum tria tantum ista constituit pocula, vnumque facit Iouis σωτήρος, ἀγαθῆ δαίμονος & ὑγείας, non dubito memoriam fefellisse. Equidem Athenaei non ignoro locum lib. II. Dipnosoph. quo Iouis seruatoris & boni Daemonis poculum vnum facit, Diphili testimonio, non vsque adeo valido, nixus. Ceterum nec ὑγείας poculum cum istis confundi, nec eum quem ille recenset bibendi ordinem me alibi inuenisse memini. Eam in potando quidem rationem veterum quibusdam noui obseruatam, ut primus calix biberetur Ioui Olympio, secundus Heroibus, tertius Ioui seruatori. Quae Le Monius vero hic nos docet, nullibi obseruo. Ex Apollonii Scholiasta Sacra in conuiujs pocula alii ita constituunt, ut primum sit Iouis σωτήρος, secundum ἀγαθῆ δαίμονος h. e. Bacchi ut qui-

Obseru. ad V. S. p. 96.
p. 613.
p. 96.
Vid. Pindar. Ol. VI. & Sch. adde Potter. Archaeol. Gr. L. IV. c. 20 nec dissimilia in fragm. Aeschyli ex Epigon. habes apud Pindari Schol. ad Isthm. VI.

qui-

quidam volunt, vt alii, quem sibi *propitium* maxime quisque siue cuperet, siue putaret, *Dei*: Tertium *Mercurii* somni praesidis, quod ad dormiendum discedentes vltimo libauerint loco. Alii aliter paulo, primo loco *Ἀγαθὸς Δαίμονος* poculum circumlatum dicunt, secundo *Διὸς σωτήρος*, tertio *ὑγείας*, quibus postremo omnium ad somnum discessuri poculum *ἔρμῃ παυσιλύπῃ* addiderint. Quas quidem sententias confudisse inuicem Cl. LeMonius videtur. Suidas in voce *κρατήρ* primum poculum *Mercurio*, secundum *Ioui Charisio* h. e. gratiae inter homines conciliatori, tertium *Ioui seruatori* sacrum fuisse dicit. Et forte alii identidem hac ex parte aliiue obseruati fuere bibendi modi, prout sua quemque traheret voluptas. Nec operae pretium puto ei rei multum immorari: certe enim ista pocula non ad *sacram* illam & *μυσικὴν κοινωνίαν* cum Diis pertinuisse videntur: sed boni ominis tantum vel gratae recordationis causa istis poculis Deorum huiusmodi nomina conuiuantes, vti videtur, praefabantur, Addebaturque libationis aliquando simulacrum. Quae obseruatio mihi haut parum lucis mutuare videtur ex Macrobio Tertio Saturnaliorum, capite vndecimo: vbi talem libationem non *religiosam* esse sed *vsurpatam* agnoscit, adeoque ex ea *κοινωνίαν* quoque illam, de qua hic agimus, non esse innuit. Nihil proinde aliud talibus videntur in conuiujs voluisse, quam quod illi, qui nostris moribus vt pro fit fanitati, vel somno, vel itineri, sibi mutuo propinant. Sic enim qui Iouis *σωτήρος* vel *ὑγείας* poculum alteri propinabant, vt sospites illos hi Dii esse iubeant, volebant: qui *Ἀγαθὸς Δαίμονος*, vt laetitia impleantur inuicem optabant, vel vt prospero rerum gaudeant successu, propitio nempe, quicumque illis sit, Daemone: qui *Mercurii*, vt suauiter somno sibi frui inuicem liceat. Huc facit quod apud Lucianum in Lapithis Cynicus Philosophus, Alcidas, nouae nuptae Herculis nomine propinat ominis causa. Quo ipso, quid uoluerit sibi, nostra explicatione non habet opus. Eiusque rei

conf. Laurentium de prand. & coen. Vet. c. 19.
Vid. Potter. l. c.

p. 38.

B

lucu-

luculentum etiam indicium habemus apud Athenaeum in Di-
 pnosophistarum secundo, ubi postquam Amphictyonem, Atheni-
 ensium Regem, instituisse narrasset, ut primum poculum mero,
*δειγμα τῆς δυνάμεως τῆ ἀγαθῆ θεῆ quod boni genii quam magna
 potestas sit* declararet, biberetur, addit: voluisse eundem, ut illi
 succederet poculum aqua temperatum, cum praefatione nomi-
 nis Iouis seruatoris, *διὰ οἰωνῶν*, ut Casaubonus supplet, *καὶ μνήμης
 ἕνεκα τῶν πινόντων, ὅτι ἔτω πίνοντες ἀσφαλῶς σωθήσονται*, h. e.
*ominis causa, & ut memores essent qui bibebant, ita bibentes certo
 incolumes fore.*

VII. Cumque adeo non aequè multum ad rem prae-
 sentem facere videantur illa in conuiujs circumlata pocula,
 ac Vir doctus existimabat, missa facientes illa, alio oculos con-
 uertamus. Non alibi vero illi conquieuerint tutius, quam in
 sacris Deorum, ex quibus ducitur, quod liquido adeo constat ut
 probatione opus videatur non habere, tota Apostoli oratio.
 Nempe in iis *ποτήρια* quoque huiusmodi proponerentur inter
 media *κοινωνίας* cum Diis, quae *ΚΡΑΤΗΡΑΣ* solenni voce ad-
 pellare solebant. Mereturque in limine statim huius obserua-
 tionis notari, eadem fere ratione, qua hic *ποτήριον καὶ τράπεζα*,
poculum atque mensa Daemoniorum iunguntur apud Aposto-
 lum, *mensas Deorum Craterasque* iungi apud Marcum Tullium.
 Locus extat libro quarto in Verrem, ubi ita inter alia in aduer-
 sarium inuehitur: *Iamque illa, quia leuiores videbuntur, si hoc
 loco dicerentur, adeo praeteribo; quod iste MENSAS Delphi-
 cas e marmore, CRATERAS ex aere pulcherrimas, vim maxi-
 mam vasorum Corinthiorum ex omnibus aedibus sacris Syracusis
 abstulit.* Similiterque plane Virgilius in secundo Aeneidos:

ε. 59.

v. 764.

- - - *huc vndique Troia Gaza
 Incensis erepta adytis MENS AEQVE Deorum
 CRATERESQVE auro solidi, captiuaque vestis
 Congeritur.*

Vbi

Vbi errare, vel saltem rem minus luculenter explicare non indotum interpretem Ioh. Ludouicum Cerdam puto, MENSAS interpretatum *tripodas*. Iam vero paulo accuratius de istis *Crateris* siue *ποτηρίοις* dispiciendum.

VIII. In memoriam itaque reuocandum ante omnia, in sacrificiis quibuscunque non hostias mactatas fuisse tantum, verum *libatum* etiam fuisse, tum aliis multis, tum vino inprimis, qua de re prolixè egit Saubertus noster in capite XXV libri de sacrificiis. Vbi obseruandum tamen virum doctum, qui aliorum etiam non infrequens error est, perpetua confusione libationem religiosam, cum ea quae in ordinariis conuiujs fiebat permiscere. Vino autem libato qui bibebant, ipso victimae sanguine imbuti censebantur, nam ipsum quoque sanguinem *ἐπισπείσαι* primum in more fuit. Istud *vinum* libationis in certis quibusdam *ΠΟΤΗΡΙΟΙΣ* & *Scyphis*, quos *ΚΡΑΤΗΡΑΣ* vulgo nominabant, continebatur, amplitudinis maximae, in solennibus magis sacris loco conspicuo prostantibus, vt omnibus ad quos iura sacrorum illorum pertinerent, ex iis libandi esset facultas. Sic apud Virgilium Aeneidos octauo:

Et sacer impleuit dextram SCYPHVS, ocyus OMNES

v. 278.

In mensam laeti libant, Diuosque precantur.

Huiusmodi *ΚΡΑΤΗΡ* mihi fuisse videtur, nam sacras illas epulas fuisse omnes circumstantiae suadent, quem Persis & Macedonibus prostare voluit, in communibus Sacris Alexander Magnus, sacra huiusmodi *κοινωνία* gentium istarum animos coniunctos cupiens. En ea de re Arriani verba: *Καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς* L.VII. p. 464.
ΚΡΑΤΗΡΟΣ αὐτός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἀρϋόμεναι ἔσπενδον τὰς αὐτὰς σπονδὰς, καταρχομένων τῶν τε ἐλλήνων μάντεων καὶ τῶν μάγων· εὐχετο δὲ τάτε ἄλλα ἀγαθὰ καὶ ὁμόνοιάν τε καὶ ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ τῆς ἀρχῆς τοῖς τε Μακεδόσι καὶ Πέρσαις· εἶναι δὲ κατέχει ὁ λόγος τὰς μετασχόντας τῆς θοίνης ἑνακισχιλίας, καὶ τέττας πάντας μίαν τε σπονδὴν σπεῖσαι, καὶ ἐπ' αὐτῇ παιανίσαι. Tum ex eodem

B 2

CRA-

CRATERE & Rex & qui cum eo accumbebant haurientes libarunt, Graecis vatibus praecuntibus & Magis, Macedonibusque ac Persis cum alia fausta & prospera, tum concordiam & COMMVNITATEM Imperii precantibus. Nouem millia conuiuorum participes fuisse sacri illius cum Diis conuiuii, (nempe Δόνην hic dici ἀπὸ τῆς θεῆς οἰνῶσθαι iuxta Athenaeum manifestum est) memorant, eosque omnes eandem libationem fecisse, eundemque Paeanem cecinisse. Eo spectant quoque immanis molis CRATERES, nisi fallor, in Bacchica pompa, quam fuse describit Athenaeus Dignosophistarum quinto, in qua ΚΡΑΤΗΡ inter alia conspectus argenteus ἑξακοσίαις χωρῶν μετρητῶς ἐπὶ τετρακύκλῳ ἐλκόμενος ὑπὸ ἀνδρῶν ἑξακοσίων, h. e. amphoras capiens sexcentas, in curru rotarum quatuor, quem viri trahabant sexcenti. Solennis autem maxime ΚΡΑΤΗΡΟΣ huiusmodi vaegrandis expositio in maximis istis Graecorum solennibus erat, quae integrae Gentes celebrabant, κοινωνίας siue cum Diis siue inuicem stabiliendae causa, vt scilicet ex iis libantes omnes in eiusmodi κοινωνίας partes venirent. Talis ΠΑΝΙΩΝΙΟΣ ΚΡΑΤΗΡ, ex quo Apollonium suum libasse Diis, ad quos illa sacra spectabant, narrat Philostratus: παρελθὼν δὲ ἐπ' ἄλλης ἡμέρας εἰς τὴν Ἴωνας, τίς ἔφη ΚΡΑΤΗΡ ἕτος; οἱ δὲ ἔφασαν ΠΑΝΙΩΝΙΟΣ ἀρυσάμενος ἐν καὶ σπείσας, θεοὶ εἶπεν, Ἴωνων ἡγεμόνες, δοίητε τῇ καλῇ ἀποικίᾳ ταύτῃ θαλάττῃ ἀσφαλεῖ χρῆσθαι, καὶ μηδὲν τῇ γῆ κακὸν ἐξ αὐτῆς προσκωμάσαι, μήδ' Αἰγαίωνα σεισίχθονα τινάξαι ποτὲ τὰς πόλεις. h. e. Postera vero die in publicum Ionum coctum prodiens Apollonius, qualis inquit, iste est CRATER? Ipsi vero PANIΩNIVM esse responderunt. Hausto igitur liquore atque libatione facta, Dii, dixit, Ionum Moderatores, date nobilissimae huic coloniae mari frui pacato, utque ne mali quippiam ex eo in terram petulanter irruat, nec terrae quassator Aegaeon vnquam ciuitates concutiat. Nempe ΠΑΝΙΩΝΙΑ illa festum commune VII Asiae Ciuitatum, ad Mycalen in loco deserto, ΠΑΝΙΩΝΙΟΝ dictum,

c. VII.

L. IV. c. II.

117.1

401

28

ctum, Neptuno Heliconio celebratum, cui oblatum sacrificium commune bos erat: de quo festo plura apud Herodotum libro L. I. c. 148. primo, Strabonem libro VIII Geographiae, Diodorum Siculum libro quinto & decimo, Eustathium ad Iliadem Homericam, & recentiorum plerosque qui de festis Graecorum commentati fuerunt, possunt videri. Ad *κοινωνίαν* igitur cum Diis suis & seipsis, per haec sacra indipiscendam, Apollonium inuitauerant Iones, peregrinum alias, Tyanis quippe ex Cappadocia oriundum, atque adeo minime horum priuilegiorum participem, vt facere quandoque solebant Viris singulari virtute illustribus. Nam vt paulo antea narrauerat Philostratus, *ἐδέοντο αὐτῶν κοινωνῆσαι αὐτοῖς τῆς ΣΥΛΛΟΓΟΥ*, h. e. *orauerant eum vt ipse quoque in communitatis illius partes venire vellet*: cuiusmodi phrasi in eodem negotio Pausanias quoque in Achaicis vtitur; vbi *Ἴωνας* ait *μεταδιδόναι Σμυρναίοις τῆς ἐν πανιονίῳ ΣΥΛΛΟΓΟΥ*, h. e. *Ionas copiam fecisse Smyrnaeis COMMUNITATIS*. Apollonius itaque, *συγκοινωνήσων*, libationem ex CRATERE PANIONIO peragit, precibus additis pro totius *communitatis* salute, vt alias quoque in *communibus* huiuscemodi sacris in more positum erat. Hunc PANIONIVM craterem ΚΟΙΝΟΝ propterea vocauit Aristides in Isthmica, ex quo luculenter de eius indole constat: *καὶ ἐπὶ ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΑΤΗΡΑ συνιόντων καὶ σπενδόντων τε ἅμα καὶ θυόντων*: *Et ad COMMVNEM CRATEREM conuenientium, libantiumque simul & sacrificantium*. Talemque ΚΡΑΤΗΡΑ *κοινόν* in ceteris quoque huiuscemodi sacris communibus prostitisse, qualia Panellenica, Panathenaea, Pamboeotia, quorum passim in veteribus monumentis mentio extat, nullus dubito. Certe in *Pythiis* sacris, quorum eadem indoles, tale quid obseruatum: eoque spectat forte *aureus Crater* a Romanis dedicatus apud Delphos, de quo Diodorus Siculus libro quarto & decimo. ΚΡΑΤΗΡΟΣ eiusmodi in Nemeis quoque meminit Pindarus Nem. Od. IX

p. 210.

p. 45.

p. 445.

Θαρσαλέα δὲ παρὰ
ΚΡΑΤΗΡΑ Φωνὰ γίνεται.

*Audax autem apud
CRATEREM vox est.*

p. 895.

ad quem locum scholiastes ἐπειδὴ τῆ νίκη ἄμα ΚΡΑΤΗΡ τῆς σπονδῆς, quandoquidem simul cum victoria erat CRATER ad libandum. Id quod eum forte sensum habere possit, victores reportata victoria ad COMMVNEM CRATERA fuisse adductos, ut ipsi quoque κοινωνίαν & iura sacrorum istorum consequerentur. Imo vbi Gymnici ludi solennes celebrabantur, tale quid esse obseruatum, ex libro Philonis colligas de vita contemplatiua: vbi τῶν ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ὅμοια ποιεῖν ἄσπονδα ἐν σπονδαῖς ἐργασαμένους. h. e. *hostilia in ipsis libationibus facientes, similia facere iis quae in gymnycis ludis patrantur*, ait; in quibus nempe hostiliter se mutuo impugnare solebant athletae, prostante interea κοινῶ CRATERE, ad κοινωνίαν καὶ ἐμόνοιαν pertinente.

IX. Sed de ποτηρίῳ satis, pergimus ad ΤΡΑΠΕΖΑΝ, *mensam*: quae vox cum plures significatus obtinere queat, quis loco huic maxime opportunus sit dispiciendum. In genere ΤΡΑΠΕΖΑ vel *tralatitio* accipi potest sensu vel *proprio* magis, atque hoc quoque varie rursus. *Tralatitio* significatu ipsos cibos, aliasque res in conuiuuiis *mensae* impositas, significare primum potest. Luculentus autor Pollux ΤΡΑΠΕΖΑΣ δὲ ἐκάλεν καὶ τὰ σιτία τὰ ἐπ' αὐτῶν τιθέμενα ΜΕΝΣΑΣ vero cibos etiam *appellarunt ipsis impositos*: & Athenaeus lib. II πάντων τραπέζας καλέντων τὰς παραθέσεις ταύτας, omnibus appositos eius generis cibos ΜΕΝΣΑΣ *vocantibus*. Et eo sensu parum abest quo minus ΜΕΝΣΑΣ *SECUNDAS* dici statuam, vt ut norim esse viros doctos, qui eas μαγίδας interpretentur, quae auferuntur.

Lib. XIV.

Sententiam meam luculenter firmat Athenaeus istis verbis: ἦγε τὴν πολλὴν δαπάνην ἐν τοῖς δείπνοις παρέχουσα δευτέρα τραπέζα

προ-

προσεγένετο, καὶ σέφανοι, καὶ μύρα, καὶ θυμιάματα, καὶ τὰ τέτοις ἀκίλιστα πάντα: *accessit, multum sumtus in conuiuia impendendos augens, MENSA SECUNDA, coronae & unguenta, & quae istis cognata sunt omnia.* Nempe talia apud Graecos MENSAM SECUNDAM absoluebant. Luculentius autem ad rem nostram facit Cornelius Celsus, SECUNDAM MENSAM bono stomacho nihil nocere, inquit, imbecillo coacescere. Quo sensu certe hoc loco, siue DOMINI siue DAEMONIORVM MENSAM accipere, minime ineptum est: imo quocunquemodo vocem τραπέζης interpreteris, in eum sensum desinat interpretatio necesse est. Nec male proinde Casaubonus aduersus Baronium Exercitatione XVI: *Hic mensa Domini est ipsa Eucharistia.* An non prior tamen aliquis, magisque proprius vocis significatus ex disciplina sacrorum repeti & rei praesenti accommodari possit, de eo porro dispicere nobis liceat.

p. 377.

X. Significat itaque porro ΤΡΑΠΕΖΑ Graecis *vicium*, quoque ordinarium & necessaria alicui praebita. Sic enim Philostratus in vita *Dionysii* Museum Alexandrinum Αἰγυπτίαν Lib. I. de ΤΡΑΠΕΖΑΝ, συγκαλῆσαν τὴς ἐν πάσῃ τῇ γῆ ἐλλογίμους appella- vitisSophist. vit, h. e. *Aegyptiam MENSAM inuitantem vniuersi orbis viros celebres*: quam alias τὴν Αἰγυπτίαν σίτησιν vocat idem Philostratus, in vita *Polemonis*: τὴν ἐν Μουσῶν (πρυτανείῳ, quod subintelligi vult Eustathius) σίτησιν, Pancrates Poeta apud Athenaeum. Atque eo nuperrime Vir doctus relatum quoque volebat, quod idem Philostratus in vita *Polemonis* dicit eum τῷ τῆς Μουσείας κύκλῳ esse aggregatum: quod ipse vertit MENSAM in museo, Iustumque Lipsium taxat, qui in libro de Bibliothecis κύκλον *circulum* vel *conuentum* hic interpretatus fuerat. Nempe ex Pol- Onom. X, luce docet ἐπίθεμα τῆς τρίποδος, id quod tripodi imponitur, h. e. 13. ipsissimam ΤΡΑΠΕΖΑΝ siue κύκλον appellari siue ὄλμον. Idem igitur esse κύκλον & τράπεζαν, vt apud Latinos quoque pro *men-*
sa

sa passim occurrit orbis. Atque eius quidem rei non primum venit in mentem Viro clarissimo, idem enim iam olim obseruauerat ὁ πᾶν Salmasius, in commentariis ad Spartiani Adrianum.

c. 20. Veruntamen cum integra phrasis Philostrati sit κατέλεξεν αὐτὸν (*Polemonem* nempe *Imperator Adrianus*) τῷ τῆς Μουσείας κύκλῳ; & vero verbum καταλέγειν melius respondeat virorum doctorum συλλόγῳ, coetui atque societati, quam MENSAE: praeterea etiam vox κύκλος eo vsu sit frequentissima Philostrato, quo

c. 3. notat virorum doctorum chorum, vt vitae Apollonii libro primo, vbi μετασχεῖν dicit seipsum Philostratus τῆς περὶ Ἰουλίαν τὴν βασιλίδα κύκλῳ, h. e. ipsum quoque fuisse in virorum doctorum corona, quae Imperatricem Iuliam ambiabat: Item in his ipsis Sophistarum vitis de Hermocrate πολὺν ἐν σοφιστῶν κύκλῳ, magnum in Sophistarum coetu fuisse: & de Heliodoro μηδὲ ἠλιόδωρος ἀπαξίσθω σοφιστῶν κύκλῳ: Nec Heliodorus coetu Sophistarum excludendus, vt alia innumera taceam apud alios scriptores: Haec inquam cum ita sint, non certe desunt Lipsii interpretationi, quibus ea se tueatur. Maxime si id consideremus insuper, quod κύκλος appellata fuerit mensula tripodis imposita, quales in sacris vsitatae: at certe huiuscemodi mensarum nullus in tricliniis vsus, nec aptari poterat accumbentibus cum imposito ὄλμῳ siue κύκλῳ tripos. Vnde ne vnicus, probati quidem scriptoris, locus potest adferri, quo κύκλον vel ordinariam mensam notare, vel perinde ac τράπεζαν ad significandam σίτησιν, & alimenta publice praebita, transferri firmiter probari queat. Verum in orbitam ex diuerticulo! Si eum itaque iam ΤΡΑΠΕΖΗΣ significatum amplectamur, quo victum significat datum & necessaria; ille verborum Apostoli emerget sensus; Non potestis alumni esse Daemoniorum & Christi alumni? Quae interpretatio sensum quidem pareret minime incommodum; quem tamen propterea amplectendum non ducimus, quod manifestum sit Apostolum hoc loco ad sacra Gentilium respicere, quodque ex

alia

alia interpretatione argumentum hoc maiorem longe vim acquirere pressiusque urgere videatur.

XI. Ad magis proprios itaque vocis ΤΡΑΠΕΖΑ significatus transeamus. Vbi nihil necesse est, vt nos morentur acceptiones eorum, quibus MENSÆ idem sunt quod μαγίδες. Sic Pollux libro VI αἱ δὲ ἐπιτιθέμεναι καὶ αἰρόμεναι τράπεζαι, ἀς νῦν μαγίδας καλεῖσι, sunt etiam quae opponuntur & rursus tolluntur MENSÆ, quas μαγίδας hodie appellare solent. Nec istum vocis usum curamus, quo MENSAS significat, quibus reponebantur vasa escaria & fercula, quas sic obsoniis onustas apponebant duo serui, mediam inter duos conuiuas, qui ὁμοτράπεζοι erant, quod eadem mensa vescerentur, vt Lucianus in Gallo dicit. Tales mensas *ambulantem coenam* vocabat Martialis epigrammate XLVII libri septimi, quod omnino de hac re consuli meretur. Haec inquam consulto praeterimus, cum parum lucis ex istis argumento, quod hic tractamus, liceat, foenerari, atque ad alia adeo, nobis magis opportuna, pedem promouemus.

XII. Sacram itaque MENSAM hic intelligi conspicuum esse puto. At & illae variae rursus. Erant quibus percussa victima imponebatur, in qua & iugulabatur, & excoriabatur, & diuidebatur, & exta inspiciebantur. Tales *Anclabres* forte, quamuis generalis vox illa esse possit. Festus enim reddit MENSAS *ministeriis diuinis aptam*. Sed illae nihil ad rem praesentem. MENSÆ quoque in templis erant *in quibus homines epulabantur*, quas ESCARIAS vocat Festus, quadratasque fuisse dicit; postea rotundas factas esse testatur Varro, & CIBILLAS quoque dictas ait a cibo. Atque has iam intelligere non incommode poteramus indicari ab Apostolo, cum Daemoniorum MENSÆ satis apte dicantur illae, in quibus *praecerti cibi & delibati altaribus potus*, vt Minutius Felix alicubi loquitur, apponebantur. Cum tamen illas MENSAS DEORVM proprie

C

ad-

Lib. 4.

Saturnal.
III, II.

adpellari in monumentis Graecis Romanisque non facile inueniri putem: (SACRATA S appellari video apud Macrobiū) & antea quoque ἐσθίωντες θυσίας conuicti κοινωνίας τῆς θυσιασηρίας, ex qua sequatur κοινωνία cum illo cuius sit τὸ θυσιασηρίον, fuerint; quarendum puto quod propius ad eam rem accedat. Namque ad Escarias illas Cibillasque praecerpitis cibis, & delibato altari- bus potu frui, θυσίας ἐσθίειν est, quod dissuadendum argumento κοινωνίας, quae isto cibo & potu contrahitur cum ipsa altari, & Daemone cuius illud est. Adeoque ne hic quidem conquiescendum.

XIII. In mentem itaque nobis merito hic reuocandum, quod supra §. VII obseruatum, non raro optimorum scriptorum usu coniungi CRATERAS & MENSAS perinde ut hoc Apostoli nostri loco τὸ ποτήριον καὶ τὴν τράπεζαν. Nempe peculiare in templis MENSAE libationibus destinatae. Hinc Silius Italicus libro II.

- - - Ante omnes ductor honori
Nominis augusto libat carchesia ritu:
Cetera quem sequitur, Bacchique ex more liquorem
Irrorat MENSIS, turba.

v. 278. sq. Et melior eo autor Virgilius Aeneidos VIII

Et sacer impleuit dextram SCYPHVS, ocyus omnes
In MENSAM laeti libant.

Ad quem Seruius: Quacritur sane cur in MENSAM non in, ARAM libauerint. Sed apud antiquos inter vasorum supelle- tilium etiam MENSAM cum ARIS mos erat consecrari, quo die templum consecratur: unde bene ait in MENSAM laeti libant, quam constabat cum ARA maxima dedicatam, ut alibi MENSAE QVE deorum, quibus vltimis verbis respicit ad locum Virgilio Aeneidos II, supra quoque nobis allegatum, & ad praesens negotium in primis pertinentem, quo

v. 764.

- - MEN.

- - - MENSÆQVE *Deorum*

CRATERESQVE *auro solidi* - -

coniunguntur. Cetera vero quae hic habet Seruius ex Iure Papiriano desumpta sunt, ex quo insigne fragmentum, pleraque a Seruio allata continens, Macrobius nobis in vndecimo capite Saturnaliorum secundi seruauit. *At vero, sic illud inter alia, MENSA ARVLÆQVE eodem die quo aedes ipsae dedicati solent. Vnde mensa hoc ritu dedicata in templo arae usum & religionem obtinet puluinaris.* Postrema verba Seruius quoque transcripsisse videtur: *Legibus inquit earum (aedium nempe Sacrarum) omnium, sacrae quoque mensae sunt, ut velut in ararum vel puluinaris loco sint.* Vnde MENSAS ab aris distinctas, ut in quibus seorsim perageretur libatio, colligere est: quod si locum inueniat, non multum diuersa erunt sensu posteriora illa verba, & δύνασθε τραπέζης κυρίως μετέχειν καὶ τραπέζης δαιμονίων, a prioribus, & δύνασθε ποτήριον κυρίως πίνειν καὶ ποτήριον δαιμονίων, ut solent nonnunquam synonymicis verbis, ex archaismo quodam, Aristophani & eius scholiastae quoque obseruato, eundem sensum repetere scriptores sacri. Nec obstat quod hac ratione panis istis sacris comedendi nulla mentio: nam ita solent veteres hoc Sacramentum ab alterutra parte denominare. Sic Eligius in Homilia X obseruat *Natalem calicis* vocari diem qua sacram hanc coenam Christus instituit, & Maximus Monachus de discrimine S. coenae & baptismatis quaerens, ita quaestionem proposuit: *τίς ἡ διαφορά ποτηρίως καὶ βαπτίσματος; Quod Calicis atque baptismi discrimen?* Veruntamen, cum ex Papiriano iure, loco a Macrobio allegato, constet, MENSAM inter vasa referri quibus peraguntur sacrificia, diserteque in ea cum libationibus epulae quoque reponi dicantur, ut adeo arae usum & religionem penitus habeat, vel ut Festus loquitur, *ararum vicem obtineat; MENSAE sacrae μετέχειν merito intelligentur, qui, cum Vinum praelibatum, tum cibum praecertum*

ex ea acceperint. Audiamus ipsa Iuris Papiriani verba: Nempe ubi in fanis alia *Vasorum* esse dixisset, & sacrae suppellectilis, alia *ornamentorum*: *Quae vasorum sunt, pergit, instrumenti instar habent, quibus sacrificia concipiuntur, quarum rerum principem locum obtinet MENSA, in qua EPULAE LIBATIONESQUE & stipes reponuntur.* Et ubi de ornamentis addidisset nonnulla: *MENSA hoc ritu dedicata in templo ARAE usum, & religionem obtinet pulvinaris.* Atque haec iam *MENSA* est, cuius nomen, ut alia plura, a sacris gentilium ad Christiana sacra transtulit Paulus Apostolus: quoniam nempe, ut in illa sacrae epulae, & vinum sacrum, quibus sese iungerent, ut suo loco patebit, Daemonia, vnienda per sacra ista comedentibus ex iis, proponebantur; ita in hoc quoque panis & vinum, per quod cum Christo coniungerentur fideles, manducanda atque bibenda proponerentur. Vnde frequentissime posthaec apud Ecclesiasticos scriptores *τράπεζα* pro ipsa coena Dominica usurpata, ut pluribus ostenderem, nisi parcere ei labori nos iuberet diligentia doctissimorum virorum, Isaaci Casauboni in decima sexta aduersus Baronium exercitatione, & Ioannis Casp. Suiceri in obseruationibus sacris capite IV. §. 25.

§. 36. p. 377.
p. 115.

XIV. Ast neque vox *ΜΕΤΕΧΕΙΝ* sicco pede penitus est praetereunda. *ὁ δὲ δύνασθε* inquit *τραπέζης κυρίως ΜΕΤΕΧΕΙΝ καὶ τραπέζης δαιμονίων.* Nempe ista quoque solennis vox in sacrificiis fuisse videtur, ut *λαμβάνειν* & *παραλαμβάνειν*, quod Latinis *sumere* est & *suscipere*, in *mysteriis*: de quibus vocibus in *mysteriis* solennibus obseruata Salmasio videri possunt, ad Spartiani Adrianum capite decimo tertio. Sic igitur de sacris epulis, ut alia loca taceam, in supra quoque allegato Arriani loco *ΜΕΤΑΣΧΟΝΤΑΣ τῆς θοίνης* habes. Quemadmodum & *μεταδίδομαι* dicebantur, qui copiam faciebant sacrorum istorum, ut patet ex itidem supra allegato loco Pausaniae. Notat vero illud *ΜΕΤΕΧΕΙΝ* participationem cibi sacrificialis vna cum aliis, quod

p. 129.

quod ipsa vox loquitur. Nempe in partes huius *τραπέζης* veniunt tum ipsa Daemonia, quorum sunt *τράπεζαι*, & quibus pars sacrificii relinquatur: tum singuli, qui oblati antea in altari cibis fruuntur, sacrisque epulis coniunguntur. Quae similiter cum in Christianis quoque sacris suo modo observarentur, vox *ΜΕΤΕΧΕΙΝ*, ab Apostolo ad hanc rem translata, magno deinceps consensu in Ecclesia ad eam designandam servata fuit: ita ut vel absolute posita vox illa, vel cum additis *τραπέζης, μυστηρίων, μεταλήψεως*, ad designandam sacrae coenae usurpationem passim a Patribus Christianis adhibita legatur. Cuius rei quamplurima exempla, ne prolixi hic simus, colligit Suicerus loco allegato, ubi similem usum cognatae etiam vocis *μεταλαμβάνειν* demonstravit.

XV. Vocat autem *πόσηριον & τράπεζαν* ex qua participare non liceat *ποτηρίω καὶ τραπεζῇ* Christi fruentes, *πόσηριον καὶ τράπεζαν ΔΑΙΜΟΝΙΩΝ*. Utque conclusionem de non comedendis idolothytis tutius eliciat, aptissimo ordine procedens, *primum*, tanquam quod in confesso positum sit apud omnes, & principii utrinque concessi rationem obtineat, supponit, *ὅτι ἂν θύει τὰ ἔθνη, ΔΑΙΜΟΝΙΟΙΣ θύει καὶ ΟΤ ΘΕΩΙ*, quod quae Gentiles sacrificia mactant, DAEMONIIS mactent & non DEO. Inde addit nolle se DAEMONIORVM eos esse *κοινωνῆς*: & quod fortius vrget: non posse eos simul *κοινωνῆς* Christi, qui DEUS sit, esse, & DAEMONIORVM: quod ex concessis liqueat, cum quae DAEMONIIS mactentur, ad DEVM eiusque *κοινωνίαν* non pertineant. Unde merito suspicio nasci poterat latere in illo principio *ἂν θύει τὰ ἔθνη, ΔΑΙΜΟΝΙΟΙΣ θύει καὶ ἘΘΕΩΙ*, quod sine omni probatione Apostolus supponit, aliquid, quod ipsa agnoscat Gentilium Theologia. Cum spiritibus autem malignis, quos ΔΑΙΜΟΝΙΑ hic vulgo interpretantur, per sacra & *θυσίας* quaeri communionem, non ita facile concesserint Theologi Gentiles. Imo tantum abest ut concedant,

dant, vt potius huic doctrinae iura Sacrorum sint opposituri, quibus statutum fuit fancitumque, vt qui ob insigne aliquod crimen FVRIIS agerentur, h. e. in spirituum malignorum *κοινωνία* essent & potestate, ab omnibus Sacris excluderentur, omnique cum purioribus DAEMONIBVS *κοινωνία* atque commercio, donec solennibus purgationibus noxam eluissent. Quae non ideo dico, quod Apostolum existimasse non putem vere Diabolica fuisse ista Gentilium sacrificia, malorum spirituum instinctu peracta, & ad voluntatem eorum execrabilem tota composita: sed quod ex intentione tamen offerentium, illa, in quibus arctior huiusmodi *κοινωνία* quaesita, ad malos spiritus non spectauerint, quodque adeo Apostolus in argumentatione, in qua tanquam concessum supponit, atque absque probatione accipiendum, ἵτι ἀθύει τὰ ἔθνη ΔΑΙΜΟΝΙΟΙΣ θύει, aliud quippiam respexisse videatur.

XVI. Incidisse ex parte in istam obseruationem deprehendo clarissimum virum Ioannem Clericum, qui ad Henrici Hammondii in hunc locum Commentaria sequentia adiecit. *Hic δαμόνιον malum spiritum necessario non significat. Nec certe semper malis Spiritibus sacra faciebant Ethnici, si eorum animus spectetur. Potissima etiam pars eorum idololatriae in eo sita erat, quod cum θεοσεβείς deberent esse δεισι ΔΑΙΜΟΝΕΣ essent. Quin & ipsi Ethnici fassi sunt sacrificia non offerri DIIS sed DAEMONIBVS.* Cuius rei probandae causa subiecit locum Porphyrii, ex libro secundo de abstinentia capite octavo & quinquagesimo. Ille vero etiam hic legi meretur: ὅτι δὲ ἕδὲ θεοῖς ἀλλὰ δαίμοσι τὰς θυσίας, τὰς διὰ τῶν αἱμάτων, προσήγαγον οἱ τὰς ἐν τῷ παντὶ δυνάμεις καταμαθόντες, καὶ τὸτο πεπίσωται παρ' αὐτῶν τῶν θεολόγων. *Quod vero non DIIS sed DAEMONIBVS victimas cruentas adduxerint illi, qui nouerunt potentias vniuersi, hoc quoque ab ipsis Theologis confirmatum habemus.* Nec praetereundus alius locus, quem apud eundem Porphyrium eo-

eo-

eodem libro capite sexto & trigesimo inuenio: vbi postquam, ex nescio quo *Theologo*, nisi Plotinum, Porphyrii magistrum, eum esse dicamus, allegata ei nonnulla essent, subiungit: οἶδεν δὲ ὅτι εὐσεβείας φροντίζων ὡς (delendam putarem particulam ὡς) ΘΕΟΙΣ μὲν ἔθύεται ἔμψυχον ἔδεν. ΔΑΙΜΟΣΙ δὲ καὶ ἄλλοις ἤτοι ἀγαθοῖς ἢ καὶ φαύλοις, καὶ τίνων τὸ θύειν τέτοις, καὶ τῶν ἄχρι τίνος αὐτῶν δεομένων. Nouit autem ille (de quo in praecedentibus egerat Theologus) quod vere religiosus DEIS quidem animatum sacrificet nullum, sed DAEMONIBVS, aliisque siue bonis siue malis: nouit ἔ quorum sit ita immolare, ἔ quousque nonnulli sacrificiis huiusce modi indigeant. Et clarius adhuc vniuersaliusque de omnibus sacrificiis materialibus, trigesimo quarto eiusdem libri capite: Θύτομεν τοίνην καὶ ἡμεῖς· ἀλλὰ θύσομεν ὡς προσήκει, διαφόρως τὰς θυσίας, ὡς ἀνὰ διαφοροῖς δυνάμεσι προσάγοντες. ΘΕΩΙ μὲν τῶ ἐπὶ πᾶσι, ὡς τις ἀνὴρ σοφὸς ἔφη, ΜΗΔΕΝ τῶν Αἰσθητῶν, μήτε θυμιῶντες μήτε ἐπονομάζοντες, ἔδεν γὰρ ἔστιν ἔνυλον ὃ μὴ τῶ αὐτῶ εὐθύς ἔστιν ἀκάθαρτον &c. δεῖ ἄρα συναφθέντας, καὶ ὁμοιωθέντας αὐτῶ τὴν αὐτῶν ἀναγωγὴν θυσίαν ἱερὰν προσαγαγεῖν τῶ ΘΕΩΙ, τὴν αὐτὴν δὲ καὶ ὕμνον ἔσαν, καὶ ἡμῶν σωτηρίαν. ἐν ἀπαθεί ἄρα τῆς ψυχῆς, τῶδε τῶ Θεῷ θεωρία, ἢ θυσία αὐτῆ τελεῖται. Sacrificabimus igitur ἔ nos, sed prout decet, sacrificia scilicet diuersa, pro diuersitate potestatum offerentes: (male nempe noua versio editionis Holstenianæ victimas scilicet eximias, potestatibus eximiis offerentes: δυνάμεις autem Spiritus esse, vsu in nostris quoque sacris receptissimo manifestum est.) DEO quidem qui super omnia est, vt sapiens quidam dixit, NIHIL SENSIBILE neque adolentes neque dedicantes; nihil enim est materiae contagio concretum, quod naturae, a materia liberae, non sit impurum. Oportet igitur nos illi coniunctos ἔ assimilatos, ipsorum nostrorum adscensum (hoc enim est ἀναγωγὴ, animae ad Deum reditus, contra distincta apud Theologos veteres, τῆ καταγωγῆ descensui animae, h. e. eiusdem a Deo, postquam materiam amore amplexa, eique immerfa

merfa

mersa fuisset, discessioni: quod interpretem doctissimum vel non animaduertisse, vel minus clare expressisse omnino miror) *tanquam sacratissimum sacrificium offerre Deo, quae simul & hymnus noster sit & salus.* Contemplatione igitur mentis nostrae, *DEI illius, sacrificium istud perficitur, spirituali.* Verto *Spirituali*, quod in Graecis est ἀπαθεῖ, ἀπαθεῖς enim istis Philosophis est τὸ ἀύλον *immateriale*: quemadmodum versa vice τὸ ἐμπαθεῖς καὶ τὸ ἐνύλον sunt vnum atque idem. Cumque Porphyrius, in hac ipsa oratione, ΟΥΔΕΝ ΔΙΣΘΗΤΟΝ summo illi Deo offerri velit, quod ΕΝΥΛΟΝ paulo post interpretatur, & impurum esse τῷ ΑΥΛΩΙ ait: manifeste iam τὴν ἀπαθεῖ θεωρίαν, opponere,prehenditur τῇ αἰσθητῷ καὶ ἐνύλω, vel, quod idem, τῇ ἐμπαθεῖ ψυσία: vt rursus hic non optime vertisse putem vltima ista verba doctissimum interpretem: *Hoc autem sacrificium DEI huiusce contemplatione ab animo affectibus libero perficitur.* Verum satis de isto Porphyrii loco. Eiusdem doctrinae Theologorum vestigia apud Iamblichum quoque inuenimus, qui capite decimo libri quinti abstrusi de Mysteriis Aegyptiorum operis, fateatur, quod πολλοὶ μὲν ΔΑΙΜΟΣΙΝ ἀγαθοῖς, πολλοὶ δὲ ΘΕΩΝ ταῖς τελευταίαις δυνάμεσι, πολλοὶ δὲ ταῖς περικοσμοῖς ἢ περιγεῖοις ΔΑΙΜΟΝΩΝ ἢ ΘΕΩΝ δυνάμεσι ἡγῶνται τὰς ψυσίας προσάγεσθαι. h. e. *quod multi existiment. hostiarum maclationem tantum fieri DAE-MONIBVS bonis, multi potentiis (h. e. Spiritibus) quae vltimum locum in DEORVM classe obtineant, multi iis DEORVM DAE-MONVM Mῶ, potentiis, quae mundo huic terraeque proximae sunt.* Ad quae recte intelligenda, paucis Mundi intelligibilis, ex Iamblichi doctrina, ob oculos ponenda est delineatio. Primum in eo est ὁ μέγιστος ΔΑΙΜΩΝ, quem in hoc ipso capite περισβύτατον καὶ τὴν μίαν αἰτίαν antiquissimum, & unicam causam vocat, ad quam nihil pertinere τῶν αἰσθητῶν ψυσίων Theologia illa, ex qua nunc disputamus, docebat. Inde sequuntur Θεοὶ ἀθάνατοι *Dii immortales*, qui sunt *Spiritus* siue *Daemonia* primi post Deum summum ordi-

ordi-

ordinis, in quorum genere varios rursus ordines & classes Theologi agnoscebant. Ipse Iamblichus Libro primo cap. V, ubi τῶν γενῶν τῶν περὶ αὐτὰς ὄντων *generum variorum quae inter eos obtinent* meminit: & L. III. cap. 5. diuersitatis inspirationum quae ad hos *Deos*, si ipse audiendus, sunt referendae, eam reddit rationem, quod διαφέροντες sint ἀφ' ὧν ἐπιπνεόμεθα, h. e. *diversi illi a quibus inspiramur*. Similique ratione Hierocles in Commentario ad aurea Pythagorae carmina τάξιν ἔννομον memorat, τὴν ἀπὸ τῆς πατρὸς τῶν ὄλων καὶ δημιουργῶ τοῖς ΑΘΑΝΑΤΟΙΣ ΘΕΟΙΣ ἐπεισελθῆσαν, καὶ ποιῆσαν ἐν αὐτοῖς τὰς μὲν ΠΡΩΤΟΥΣ τὰς δὲ ΔΕΥΤΕΡΟΥΣ. *Ordinem lege sancitum a PATRE & CREATORE omnium, IMMORTALIBVS DIIS impositum, qui efficiat ut PRIMI sint eorum alii, alii SECVNDI*. Atque hinc iam intelligitur, quid sibi velit Iamblichus, quando in eo, quem prae manibus habemus, loco dicit, existimare nonnullos quod hostiarum mactatio pertineat ad Θεῶν τὰς τελευταίων δυνάμεις, h. e. eos qui vltimi sint in ordine Deorum immortalium. Iam porro Diis immortalibus succedit alia spirituum classis, qui DAEMONES dicuntur Iamblichus, *Heroes* aliis: quorum duas rursus classes constituit, DAEMONVM nempe in sensu magis restricto, & HEROVM, vide ipsum Libro primo cap. V, & Libro secundo cap. I & II; quorum illi sunt, ad quos hoc nostro loco *Δυσίας* referre intelligit nonnullos, eos nempe, secundum quos ad ΔΑΙΜΟΝΑΣ ἀγαθὰς eas spectare ait: hi, ad quos alios referre dicit easdem: nam ἥρωες sunt περικόσμιοι καὶ περίγειοι Δαίμονες, quos iuxta cum Δαίμοσιν ἀγαθοῖς, paulo ante etiam in eodem capite, Δαιμονίων αἰτιῶν complexus fuerat nomine, ἃν ἀνωτέρω τεταγμένας θείας αἰτίας intelligebat eos, quos antea diximus ἀθανάτους Θεούς. Ut vero Iamblichus in eo cum istis Theologis non consentiat, quod plane nihil ad verum summi numinis cultum sacrificia αἰσθητὰ illi facere existiment; hoc tamen ex eo primo patet manifeste, receptissimam

D

mam

p. 18.

mam sententiam illam inter Theologos fuisse, quod nostro
 instituto, & Pauli argumentationi sufficit. Deinde ex parte,
 recte illos sensisse non diffitetur. Nempe ea animo eius hae-
 ret sententia, immediate quidem ista sacrificia *Daemonia* affi-
 cere, sed tamen ob nexum *σειρᾶς* mundi intelligibilis, qua illa
 colligantur cum *superioribus causis*, ipsoque summo Deo; in
 sacrificio *perfecto* omnes istas causas commoueri existimat: fas-
 sus interea, *imperfectum* sacrificium supra classem inferiorum
 istorum *αιτίων*, hoc est *Daemoniorum*, non adscendere. Non
 abs re fuerit ipsa eius verba, quae lucis haut parum ex dictis a
 nobis accipiunt, audire: ὅταν γ' inquit ταύτης προηγεμένης τῆς
 κοινῆς ἀρχῆς, λάβωμέν τι ζῶον, ἢ τῶν φύομένων ἐπὶ τῆς γῆς, ἀ-
 κραιφνῶς ἢ καθαρῶς διασωζον τό βέλημα τῶ πεποιηκότος, τότε
 δια τῶ τοιαῦτα τὴν ἐπιβεβηκῆσαν ἀχράντως ἐπ' αὐτῶ δημιουργικὴν αἰ-
 τίαν, οἰκειῶς κινῶμεν. πολλῶν δὲ ἑσῶν τῶτων, ἢ τῶν μὲν ΠΡΟΣΕΧΩΣ
 ΣΥΝΗΡΤΗΜΕΝΩΝ, ὡς περ τῶν ΔΑΙΜΟΝΙΩΝ; τῶν δὲ ἀνω-
 τέρω τῶτων πῶς τεταγμένων, ὡς περ τῶν ΘΕΙΩΝ Αἴτιων.
 ἐτι δὲ τῶτων πρῆσβυτάτης τῆς μιᾶς αἰτίας ἐξηγεμένης, συγκινεῖται
 μὲν ὑπὸ τῆς τελείας θυσίας πάντα τὰ αἴτια, καθ' ἣν εἰληχε δὲ ἕκα-
 στα τάξιν, συγγενῶς πρὸς αὐτὴν οἰκειῶται. εἰάν δὲ ἀτελής τις γένη-
 ται, μέχρι τινὸς προχωρεῖ. προσώτερον δὲ προελθεῖν ἔχ' οἰάτέ εἰσι.
 h. e. Quando igitur praeunte Ἐ docente communi hoc principio
 (per quod σχέσιν συνδεικνῆν τῶν δημιουργῶν πρὸς τὰ δημιουργ-
 μενα ἢ τῶν γεννῶντων πρὸς τὰ ἀπογεννώμενα intelligit i. e. *habutum*
 & *respectum* quo coniungantur ea quae opificis partes sustinent,
 i. e. Deus summus, Dii, & Daemonia, cum suis operibus, gi-
 gnentia cum genitis; quam *φιλίαν* nominauerat etiam in prae-
 cedentibus) accipimus animal, aut aliquid e terra natum, quod
 clare Ἐ pure opificis sui voluntatem tueatur; tum per tale quid-
 piam proprie riteque mouemus causam opificem, quae huiuscemodi
 rei iure praesit. Iam vero cum causae rerum plurimae sint, Ἐ aliae
 quidem absque medio praesint, sicuti D A E M O N I A: aliae vero
 supra

supra eas positae sint, sicut *DIVINAE CAUSAE* (Θεοὶ ἁθάνατοι) ἔς bis etiam *VNA ANTIQVIOR* adhuc *CAVSA* praesit; certe in sacrificio perfecto omnes istae causae commouentur; eo autem ordine (τάξει, siue νόμῳ ᾧ διακείνται, vt loquuntur aurea Carmina) quem quaeuis earum obtinuit, sacrificium illis conuenienter aptatur. Si vero imperfectum sit sacrificium, aliquousque quidem pertingit, non vero ulterius pertingere valet. Imo paulo post capite nimirum XIV diserte idem Iamblichus, ὑλαίς esse quosdam τῶν θεῶν fatetur, atque de iis ait εἰδή τις τῶν τριῶν βέλτοισι θεραπεύειν θεουργικῶς, ἢ πεφύκασι, καὶ ἢ τὴν ἀρχὴν εἰλήχασι, ταύτην προσεκτέον αὐτοῖς τὴν θεραπείαν ἐνύλοις ἔσαν. ἔτω γὰρ ἂν ἔλοις αὐτοῖς δι' ὄλων προσαγοίμεθα εἰς εἰκείωσιν, συγγενείαν τε αὐτοῖς ἐν τῇ θεραπείᾳ προσφέρομεν τὴν προσήκυσαν. Καὶ ἐπὶ τῶν θυσιῶν τοίνυν τὰ νεκρὰ σώματα καὶ ἀπεσερημένα τῆς ζωῆς, φόνος τε τῶν ζώων, κατανάλωσις τῶν σωμάτων, μεταβολὴ τε παντοῖα καὶ φθορὰ, καὶ ὄλως ἢ πρόπτωσις τῆς ὑλῆς προϊσαμένης θεοῖς προσήκει. — διόπερ τοῖς αὐλοῖς θεοῖς γὰρ ΠΡΟΣΦΕΡΙΝ δια θυσιῶν ἔστιν ΑΛΛΟΤΡΙΟΝ, τοῖς δὲ ΕΝΥΛΟΙΣ ΟΙΚΕΙΟΤΑΤΟΝ ἀπασι. h. e. Hos igitur, si quis iuxta theurgiae leges colere voluerit, eum cultum iis adhibere debet, materiales cum sint, ipsum quoque materialem, sic enim totis ipsis toti coniungamur in eorumque communionem veniamus licet, genusque cognatum ipsis in sacrificiis offeramus conueniens illis. Atque hinc in sacrificiis mortua corpora, ἔς vita cassa, animalium maceratio, ἔς carniū absumptio, ἔς, vt verbo dicam, materiae prioris mutatio omnimoda, ἔς corruptio atque destructio Diis conuenit. — Quare *DIIS IMMATERIALIBVS MATERIALIA* sacrificia offerre est prorsus *INDIGNVM*. *MATERIALIBVS* vero omnibus maxime *CONGRVVM*.

XVII. Vt vero ad Apostolum iam nostrum redeamus, ille ex ipso hoc Theologorum Gentilium principio arguit. In confesso, inquit, ex ipsa sacrificantium intentione, sacrificia non Θεῷ offerri sed *DAEMONIIS*. Iam vero coniunctio

καταναλίω

D 2

reli-

religiosa cum omni eo quod non est DEVS, est apostasia a DEO & Iesu Christo, cum DEVM non solum colere, sit DEO cultum debitum non praestare, h. e. non colere. Qui DAEMONIA itaque colit sacrificiis, cum iis intentione coniungitur, voluntateque adeo sua & intentione a Deo facit apostasiam. Idola igitur, vtut nihil sint, ex DAEMONIORVM tamen & DEI simul participare MENS A impossibile, quoniam qui intentione cum DAEMONIIS coniungitur, a DEO hoc ipso apostasiam iam faciat. Cuius argumentationis plenior apparebit vis, si quae fuerit ratio ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ, quam cum DAEMONIIS expectabant ποιηρίαι καὶ τραπέζης αὐτῶν μετέχοντες, iam expendamus ulterius: quae talis erat, vt cum Iesu Christo coniungendis pessime conuenire, non patere non posset.

XVIII. Gemina itaque erat, quam per sacra ista sua Gentiles affectabant, ΚΟΙΝΩΝΙΑ: *prima*, cum ipsis DAEMONIIS, *altera*, cum DAEMONOLATRIS. Primam potissimum respicit Apostolus, de qua nos quoque agemus praecipue, vt tamen nec alteram penitus praetermittamus. ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ cum DAEMONIIS describebat loco paulo ante allegato Iamblichus, ὅλοις αὐτοῖς δι' ὅλων προσάγεσθαι εἰς οἰκείωσιν h. e. *totis eis totos coniungi in eorumque communionem venire*, inquit, sacra ista obeuntes. Quod quomodo fiat, ex sententia quidem eorum, vt melius constet; id in mentem vocandum ante omnia, ἐνύχαις ista DAEMONIA Theologos statuisse, h. e. *materiales*, corpore subtiliore sensibusque minus patente indutos: id quod, ne allegandis autorum locis vltius excrescat haec dissertatio, velex illis, quae ex Iamblichio adduximus hucusque, colligere est. Hos itaque nidoribus & libaminibus nutrirī sibi persuadebant. Quod diserte testatur Porphyrius eruditissimi de abstinentia operis libro secundo, capite secundo & quadragesimo: ἔτοι οἱ χαίροντες λοιβῆ τε, κνισσῆ τε, δι' ὧν αὐτῶν τὸ πνευματικὸν (malim) σωματικὸν παιάινεται. Ζῆ γὰρ τῆτο αἰτμοῖς καὶ ἀναθυμιάσεσι,

μιάσει, καὶ ποικίλως διὰ τῶν ποικίλων, καὶ δυναμῆται ταῖς ἐκ τῶν αἱμάτων καὶ σαρκῶν κνίσσαις. *Hi sunt, qui libaminibus & sacrificiorum nidore gaudent, ex quibus illorum pars Spiritualis (malim corporea) pinguescit. Vivit enim illa vaporibus & suffimentis, & varie pro varietate eorum nutritur, sanguine scilicet & carniū nidoribus corroborata.* Eiusque rei rationem redderat in antecedentibus capite nono & trigesimo idem Philosophus: τὸ δὲ πνεῦμα inquit, ἢ μὲν ἐστὶ σωματικόν, παθητικόν ἐστὶ καὶ φθαρτὸν· τῷ δὲ ὑπὸ τῶν ψυχῶν ἔτιως δεδέσθαι, ὥστε τὸ εἶδος αὐτῶν διαμένειν πλείω χρόνον, ἢ μὴν ἐστὶν αἰώνιον. Καὶ γὰρ ἀπορρεῖν αὐτῆς τι συνεχῶς εἰκός ἐστὶν καὶ τρέφεσθαι. *Spiritus autem, quia corporeus, patibilis est & corruptibilis: & licet ab animis ita alligentur ut corporea forma eorum diutius permaneat, aeterna tamen illa non est. Perpetuo enim fluxu aliquid ex illa perire, NUTRIMENTIS QUAE a deo eam conservari necesse est.* Iam igitur speciem ecce ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ cum DAEMONIIS, quorum σύσσιτοι scilicet euadunt, qui eodem cum iis cibo & potu pascuntur, atque ὁμοτρόπεζοι: Imo aliquo modo eiusdem naturae euadunt, iisdem inuicem pasti alimentis.

XIX. Haec ipsa vero συσσιτία peculiare porro importabat foedus inter DAEMONIA atque eos, qui rei sacrae in eorum gratiam operabantur, quale scilicet alias quoque iungebatur hospitii jure inter συσσίτας. Quae foederalis coniunctio, inter DAEMONIVM & idololatram, in sacris quoque passim inuitur, ubi haut raro foederis cum Deo vero contemptus & violatio, idololatrie & coniunctioni cum idolis, noui scilicet Deoque aduersi foederis vim habenti, opponitur. Videri possunt loca Numerorum XXV tertio & quinto commate, nec non Psalmo CVI commate duodetrigesimo.

XX. Sed arctum magis ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ genus in sacrificiis suis spectabant Theologi gentiles. Nempe DAEMONIA oblatorum sibi animalium nidoribus, ceterarumque rerum sibi

gratarum illicitis plectos, cum iis sese coniungere atque vnire putabant, σώματι suo pariter atque ψυχῇ, nam vtrumque **DAEMONIIS**, vt suo loco patebat, tribuerunt plerique. Vt adeo eos, qui participes essent **CRATERIS & MENSÆ DAE-MONIORVM**, h.e. qui carnibus iis oblatis vescerentur, vino eis libato biberent, cum ipsa eorum substantia, sacris illis, quas ipsi putabant, rebus vnita coniungi, atque adeo singularissimo modo **KOINΩNIAN** consequi necesse esset. Rem ipsam obseruatam clariss. viro Henrico Doduuello, sed parum luculentis veterum Theologorum Gentilium locis illustratam, in Diatriba de vno Sacerdotio atque vno altari pariter, ac in tractatu de Schismate, paulo clarioribus eorum locis illustrare conabimur.

Insignis est quem apud Iulium Firmicum obseruauimus, in opusculo de profanarum Religionum errore, vbi de Serapide, numine Aegyptiorum, a quibus notum, maximam superstitionis partem ad Graecos atque Romanos transiisse: *Sed & in ipso simulacro, sicut in ceteris ex assiduis SACRIFICIIS immundi DAEMONVM Spiritus colliguntur. Nihil enim operantur animae & cruor ex assidua pecudum caede profusus, nisi vt DAEMONVM SVBSTANTIA, qui Diaboli procreatione generantur, ex isto sanguine NVTRIATUR. Nam ita esse Porphyrius, defensor Stoicorum, hostis Dei & veritatis, in multis sceleratarum impietatum scriptis, manifestis nobis probationibus prodidit. In libris enim quos appellat περὶ τῆς εὐλογίῳν Φιλοσοφίας maiestatem eius praedicans, de infirmitate confessus est. In primis enim librorum partibus, (id est in ipsis auspiciis positus) dixit Serapis vocatus, & intra CORPVS HOMINIS collocatus talia respondit. Dicant nunc mihi perditii homines, quis potior est, qui vocat & imperat, & includit, an qui vocatur & paret? Et cum venerit, in SVSCIPIENTIS HOMINIS CORPORE, potestate Iubentis, includitur? Gratias agimus Porphyri, quod libris tuis Deorum tuorum nobis substantiam prodidisti. Didicimus per te quatenus*

tenus

*tenus Dii tui hominibus uiuentibus (legerem leuissima facta apic-
 cum mutatione iubentibus, quam lectionem & praecedentia &
 sequentia non ferunt tantum, sed postulant) seruiant. Serapis
 tuus ab homine vocatur, & venit, & cum venerit, statim iussus in-
 cluditur, & loquendi necessitas nolenti forsitan imperatur. Sic a-
 pud nos Deos vestros, cum hominibus nocere coeperint, religiosi ser-
 monis flagella castigant. Sic in CORPORE HOMINVM constitu-
 ti DII vestri, verbo Dei spiritualium flammarum igne torquentur
 &c. Ne vero illa Serapidis sacris peculiaria esse aliquis argute-
 tur, Iamblichum age audiamus, qui Theologis de huiuscemodi
 rebus tradita planius diuiniusque interpretari cupit ubique. Sic
 itaque ille in tertio & vigesimo capite Libri quinti de Mysteriis
 Aegyptiorum: εὐδὲ τὴν ὕλην ἐν ἀφίσειν εὐδὲν τῶν βελτιόνων με-
 τασίας ὡς ὅση τελεία, καὶ καθαρὰ, καὶ ἀγαθοειδής (malim
 legere θεοειδής, vt paulo post etiam talia ἱερά ἢ τέλεια ἢ θεοει-
 δῆ appellari animaduerto) ὑπάρχει, πρὸς ΘΕΩΝ ΥΠΟΔΟΧΗΝ
 εἶναι ὅση ἀνάρμοστος. ἐπεὶ γὰρ εὐδὲ καὶ τὰ ἐν γῆ μηδαμῶς εἶναι ἄ-
 μοιρα τῆς θείας ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ, εὐδέξατό τινα ἀπ' αὐτῆς θείαν μοῖραν
 καὶ ἡ γῆ, ἱκανὴν εἶσαν ΧΩΡΗΣΑΙ τῆς ΘΕΟΥΣ. Τὰυτα τοίνυν
 κατιδέσθαι ἢ θεουργικὴ τέχνη, κοινῶς ἢ ἔτιωσι, κατ' οἰκειότητα ἐκάστῃ
 τῶν ΘΕΩΝ, τὰς προσφορὰς ΥΠΟΔΟΧΑΣ ἀνευρίσκουσα, ΣΥΜΠΛΕ-
 ΚΕΙ πολλάκις λίθους, βοτάνας, ΖΩΑ, ἀρώματα, ΙΕΡΑ ἢ τέλεια ἢ
 θεοειδῆ. καὶ πάλιν ἀπὸ πάντων ΥΠΟΔΟΧΗΝ ὀλοτελή ἢ καθαρὰν ἀ-
 περγάζεσθαι. Neque etiam aliquid est quod prohibeat materiam a
 communionem Deorum: atque adeo quaecunque perfecta fuerit, &
 pura, & Deo forma similis, ad praebendum DIIS RECEPTACV-
 LVM inepta non est. Cum enim fas neutiquam sit terrena etiam
 expertia esse COMMVNIONIS DEORVM, ipsa quoque terra
 diuinam quandam portionem inde accepit, sufficientem ad DEOS
 SVSCIPIENDOS. Talia itaque Theurgica disciplina obseruans,
 atque ita vniuersim, prout cuique Deorum conueniret, competentia
 ipsis RECEPTACVLA inueniens, eis saepe lapides, herbas, ANI-
 MA-*

MALIA, aromata, sacra & perfecta, Deisque forma similia coniungit, atque deinde ex his omnibus RECEPTACVLVM purum & perfectum fabricat. Sic ergo ex sententia Iamblichi animalia sacrificiis inseruientia RECEPTACVLVM praebent DAEMONIIS, eorumque SVBSTANTIAM, vt Iulii Firmici phrasi vtar suscipiunt. Ergo etiam μετέχοντες τροπέζης eorum, h.e. ex carnibus vinoque ita oblatis edentes atque bibentes, substantiam DAEMONIORVM, cum quibus coniuncta sunt ista elementa, suscipiunt. Quam ipse, paulo post sequentibus verbis, Iamblichus conclusionem agnoscit, nec obscure insinuat, minime proinde omnem materiam, tanquam Deorum cultui minus opportunam, repudiandam esse docens; & ἡ γὰρ inquit ἀν ἄλλως τοῖς ἐπὶ γῆς τόποις, ἢ τοῖς δεῦρο κατοικῆσιν ἈΝΘΡΩΠΟΙΣ, ΜΕΤΟΥΣΙΑ ἀν γένοιτο τῶν κρείττονων ἀψευδῶς &c. Neque enim aliter terrestribus locis, & HOMINIBVS ea habitantibus COMMVNIO assumtorum DEORVM contigerit.

XXI. Parco aliis eius generis adducendis, sufficere enim ista posse existimo. Hoc addendum puto, quod hoc ipsum sit quo spectabant, casti, purgationes, lustrationes, vestium mundus, aliaeque eius generis superstitiones, studiose adeo obseruatae Gentilibus, ex Theologorum, Theurgorumque suorum praescripto, antequam ad sacra huiusmodi accederent. Nempe vt DAEMONIIS huiuscemodi dignum praebent RECEPTACVLVM, non exterius tantummodo materia Sacrificialis rite eligenda, disponendaque fuit, sed ipsum quoque corpus eius, qui recipere DAEMONIVM, materia ista conciliante, debebat. Imo & illud, quod qui fatidica Daemonia corpore vellent animoque concipere, sacrificiis quibusdam intercedentibus id efficere conarentur, quod cum notissimum sit omnibus, leuiter tantum attigisse sufficiat. Silentio praeterire nefas, Patres Christianos primorum seculorum, constanti & vnanimi consensu eos, qui DAEMONIORVM sa-
cris

cris atque ΚΟΙΝΩΝΙΑΙ vterentur, pro hominibus habuisse, quos possiderent atque intus animarent, coniuncti eis per talia sacra, improbi Spiritus. Quae sententia fundamentum non tantum inter alia seuerae reprehensionis ipsis suppeditauit, quae passim aduersus idololatrias inuehuntur: verum & solenni abiurationis atque exorcismi formulae, in lustralibus baptismi aquis impertiendis, ut per quas ad aliam ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ, cum priore illa plane irreconciliabilem, adducendi essent Candidati, vsurpari solitae, ut ego puto, occasionem dedit.

XXII. Iam cum Apostolus Paulus panem *κοινωνίαν τῷ σώματος τῷ χριστῷ*, vinum *κοινωνίαν αἵματος τῷ χριστῷ* dicat, cum summa emphasi atque ἀκριβείᾳ. Non simpliciter esse ea dicens *κοινωνίαν* vel *θεῶν* vel *χριστῷ*, sed *σώματος eius καὶ αἵματος*; iudicent Lectores aequi, quem sensum orationis huius esse voluerit apud Corinthios. Ex quorum pristina superstitione petita, ut aliis quibusdam, ita *κοινωνίας* etiam voce, quae ut Pseudo-Dionysius agnoscit est *ἐκάστης ἱεροτελεστικῆς πραγματείας*, si alio eam accepisset sensu, quam cui adsuefacti & quo imbuti fuerunt illi (imbuti autem fuerunt eo, qui participantibus ex sacris cibis, DAEMONIA & corporea sui parte, & spirituali iungi, loqueretur) quid aliud fecisse poterat iudicari, quam opera data illusioni atque errori, quem ne prudentissimi quidem euitare possent, dedisse occasionem? Sic certe quod fidei simplicitas persuasit Lutheranis Ecclesiis, & clara Dei effata σοφισεῦσαι nolens reuerentia eorum summa, ei φιλολογία quoque & veterum morum atque opinionum diligens inuestigatio, suam, si opus ea sit, operam offert. Qua ut carere forte possint animi diuina πληροφροῦσα obfirmati; ita non sine delectatione, imo & vsu, animaduertent, quibus eruditione luxuriantium ingeniorum petulantia fuerit coercenda: quae cum communionem interiorem cum natura diuina Iesu Christi per hanc ipsam *λογικὴν καὶ ἀνάιμακτον θυσίαν*, ut Patribus audit Christianis, admittant; certe

E

non

non apparet, cur eiusdem generis *κοινωνία* cum carne eius, quae pariter est ac diuina natura, *ipsius*, negare pertendant. Ceterum, ex istis quam lucem & robur accipiat Apostoli effatum, *non potestis participes fieri POCVLI Christi & Daemoniorum, non potestis MENSAE Christi & Daemoniorum participes esse*, me iam interprete non habet opus. *Lux* ista non essent, si nostra indigerent *illustratione*, praeterea esset hoc ad ipsam rerum istarum naturam penitius considerandam diuertentis, quod opus Theologis quidem ipsi haut inuiti relinquimus.

XXIII. Perfeci quod potissimum mihi in hac dissertatione agere animus erat, iamque adeo quantum ad scopum, penes animum meum constitutum, conquiescere hic poteram. Verum ne operi integritas sua deesse videatur, de alio insuper *ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ* genere mihi etiam agendum, quod, Gentilium sacris intentum, Christiana quoque vna respiciebant, vt quod in eo, de quo proximo loco egimus *ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ* genere, fundatum sit & radicatum. Quod vtut directe & praecipue non respiciat Apostolus noster, vestigia tamen quaedam eius quoque in textu ipsius nonnulla deprehendimus. De eo age paucis dispiciamus.

XXIV. Erat illa *ΚΟΙΝΩΝΙΑ* qua ipsi idololatrae coniungebantur, mutua confoederatione invicem coalescentes, vt, qui *ΔΑΙΜΟΝΙΩΝ* eorundem per *τράπεζαν & ποτήριον* talium *ΔΑΙΜΟΝΙΩΝ* participes facti essent, ipsi quoque coniunctissimi crederentur. Hinc factum, quod foedera sine sacrificiis non fuerint sancita, gentesque quae perpetuo foedere coniungi cuperent, stas temporibus *COMMVNIA* huiusmodi sacra repeterent, ad quae alii non admitterentur, nisi qui priuilegiorum istius gentis participes essent. Nempe nefas videbatur, vt aliis emolumentis atque beneficiis, quae ciuitatis iura adferre poterant, priuarentur, qui arctissimo religionis vinculo genti essent

sent

sent coniuncti. Sic ad *Olympia* sacra nemini accessus patebat qui Graecus non esset gente. Et *Panionia* nemini patebant, qui in ciuitatibus Ioniae confoederatis ius ciuitatis non obtinuisset. Gentesque ac vrbes, quae sacrorum huiuscemodi participes erant ob ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ, qua inuicem coaluerant, ΚΟΙΝΑ dicebantur. Sic nihil notius est quam τὸ τῆς Ἀσίας ΚΟΙΝΟΝ, cuius in Historia Apostolorum quoque mentio est, vt infinities factam eius in monumentis profanis mentionem nunc taceam. Simile erat SACRORVM LATINORVM antiquissimis Reipublicae Romanae temporibus institutum. Nec dissimile quidpiam sapientia diuina in communibus sacris, in templo Hierosolymitano obeundis, apud Hebraeos spectasse videtur. Sed vt Gentilismi antiquitatibus hic insistam potissimum, eis, quos ad huiusmodi sacrificia admittebant, eo quod in ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ per talia sacra cum ipsa gente, quae reciperet, participes redderentur, μεταδιδόναι dicebantur τῆ ΣΥΛΛΟΓΟΥ, participes eos reddidisse COMMVNIONIS, quemadmodum apud Pausaniam in Atticis legimus Ἴωνας μεταδεδωκέναι Σμυρναίοις τῆ ἐν ΠΑΝΙΩΝΙΩΝΙ ΣΥΛΛΟΓΟΥ. Ionas copiam fecisse Smyrnaeis COMMVNITATIS in PANIONIO. quae vox ΣΥΛΛΟΓΟΥ cognata maxime mihi videtur vocibus ΣΥΝΟΔΙΑΣ & ΣΥΝΑΞΕΩΣ, a Christianis Scriptoribus in hocce negotio vsurpatis. Solennis autem maxime ea Gentilibus fuisse, ad rem istam designandam, videtur, nam eadem simili modo etiam Philostratus vtitur, loco quem supra iam expendimus. Nolo haec fusius illustrare ex disciplina *mysteriorum*, quorum hac saltem ex parte non dissimilis sacrificiorum disciplinae ratio est. Ab iis autem excludebant omnes, quos iurium ciuitatis eorundem participes esse nollent, Barbarosque in primis, atque impuros, vt Herculem Castoresque ciuitatis ius prius acquirere oporteret, antequam sacris Eleusiniis possent initiari. Atque hinc quidem frequentissimum est in Archaeologiarum scriptoribus ar-

p. 210.

§. VIII.

gumentum, qua hanc vel illam urbem, siue huius siue alterius coloniam esse demonstratur, quod ex *Communibus sacris petitur*. Et quid opus est multis? disertè Philo Iudaeus, in Libro de Monarchia, Gentilium *ιερέας ὑπὲρ οικείων καὶ φίλων καὶ πολιτῶν μόνον εἰσθέσθαι τὰς τ' εὐχὰς καὶ θυσίας ἐπιτελεῖν*. h. e. *Gentilium Sacerdotes pro domesticis amicisque & civibus tantum preces & sacrificia peragere solere*. Quae quidem ex parte luculenter demonstravit Henricus Doduuellus in capite VII Diatribae de vno sacerdotio & vno altari, cuius obseruationibus breuiter perstrictis, vt alias quasdam hic adderemus operam nauauimus.

XXV. Ob eiusmodi autem *κοινωνίαν* per Christianorum ἀναίμακτον θυσίαν vere demum procurandam, hoc Sacramentum, vt stylo Ecclesiastico vocamus, ipsum ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ nomen accepisse, non minus, quam ob priorem cum ipso Christo ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ, agnoscunt scriptores antiqui. Vt Isidorus Pe-
 L. I. Ep. 228. lusiota enim ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ ait κεκληθῆσθαι τὴν θείων μυστηρίων με-
 τάληψιν; διὰ τὸ τὴν πρὸς χριστὸν ἡμῖν χαρίζεσθαι ἔνωσιν, καὶ ΚΟΙ-
 ΝΩΝΟΥΣ ἡμᾶς τῆς αὐτῆς ποιεῖν βασιλείας. *Diuinorum Sacramen-
 torum perceptionem idcirco COMMUNIONEM appellatam esse, quia nobis coniunctionem cum Deo conciliat, nosque regni ipsius consortes reddit*. Vt inquam istis ille priorem ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ
 c. XIV. p. rationem explica; ita vtramque exponens Ioannes Damasce-
 319. nus, Orthodoxae fidei libro quarto: ΚΟΙΝΩΝΙΑ inquit λέγε-
 ταί τε καὶ ἐστὶν ἀληθῶς, διὰ τὸ ΚΟΙΝΩΝΕΙΝ ἡμᾶς δι' αὐτῆς τῷ
 χριστῷ, καὶ μετέχειν αὐτῆς τῆς σαρκὸς τε καὶ τῆς θεότητος, ΚΟΙ-
 ΝΩΝΕΙΝ δὲ καὶ ἐνῆσθαι ἀλλήλοις δι' αὐτῆς· ἐπεὶ γὰρ ἐξ ἑνὸς
 ἄρτου μεταλαμβάνομεν οἱ πάντες, ἐν σῶμα καὶ ἐν αἷμα, καὶ ἀλλή-
 λων μέλη γινόμεθα, σύσσωμοι χριστῷ χρηματίζοντες. COMMUNIO
*dicitur, & reuera est, quia per ipsam Christo COMMUNICA-
 MVS, eiusque carnis & diuinitatis participes euadimus omnes,
 VNVM CHRISTI CORPVS & VNVS SANGVIS,*
 alii

alii aliorum membra efficimur, eiusdem cum Christo *C O R P O - R I S* existentes. Huc pertinere mihi videtur quod Constitut. I. tit. III Nouell. citante Photio in Nomocan. tit. XII. c. II. Αἰρετικὸς λέγει τὸς μὴ ὄντας ΚΟΙΝΩΝΙΚΟΥΣ *Haereticos dicit, qui non sint ΚΟΙΝΩΝΙΚΟΙ.* Ad quae Balsamon λέγει δὲ Αἰρετικὸς εἶναι πάντας, τὸς μὴ μετὰ λαμβάνοντας τῶν ἁγιασμάτων ἀπὸ τῶν ἱερέων, καὶ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν τῷ θεῷ, h. e. *Dicit Haereticos esse, quicunque in sancta Dei Ecclesia per sacerdotes participes non sunt sacramentorum:* atque adeo nullam cum fidelibus habent communionem. Atque hinc frequentissima vocis ΚΟΙΝΩΝΙΑ in veteribus monumentis Christianis mentio, respectu vel imprimis ad communionem cum fidelibus habito, quam passim tamen male Episcopum Aurelianensem, Gabrielem Albaspinæum, interpretari fidelium absque Eucharistiae participatione societatem, bene obseruauit Claudius Salmasius, in Epistola ad Iustum Pacium, quam H. Grotio opposuit. p. 64.

XXVI. Ceterum vltima verba proxime allegati Damasceni loci fundamentum quoque istius fidelium inuicem *C O M - M U N I O N I S*, prout quidem in loco Apostoli quem prae manibus habemus iacet, eleganter indicant. *Nempe, inquit, quia vnius panis participes euadimus omnes, vnum Christi corpus & vnum sanguinem nos effici ait.* Quae est ipsissima Apostoli argumentatio: ὅτι εἷς ἄρτος, ἐν σῶμα οἱ πολλοὶ ἐσμεν, οἱ γὰρ πάντες ἐκ τῆς ἐνὸς ἄρτος μετέχομεν. *Quia vnius est panis (qui idem est corpus Christi) vnum corpus sumus: namque omnes vnius panis (qui scilicet idem sit corpus,) participes reddimur.* Cuius argumentationis nexum & rationem superius §. III adcuratius ostendimus. Hocque minus poenitet ibi prolatorum, quo luculentius ea illustrant allegata Damasceni verba. Hoc simul ὡς ἐν πορόδῳ obseruare liceat, minus dextre nonnullos particulam ὅτι simul referre ad εἷς ἄρτος & ἐν σῶμα, eique significatum particulae *nempe* fere respondentem tribuere. *Vt sensus sit, panis, quem fran-*

gimus, est communio corporis Christi: Nempe unus panis multi sumus & unum corpus. Paulo aliter rem habere putem, ut nempe ista tanquam αἰτιολογικὸν & θετικὸν inuicem sibi respondeant: *propterea quoniam unus est panis, qui in sacra coena nobis distribuitur, panis nempe Vitae, corpus Iesu Christi; ideo unum corpus nos iam sumus omnes, eo ipso quod de vno hoc pane participemus.*

XXVII. Coronidem operi imponam vnica adiecta obseruatione. Nempe vocem ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ alio insuper sensu explicatam inuenio, cuius, non quod ignotus mihi esset nullam huc vsque inieci mentionem, sed partim ideo quod Biblicum eum esse minime existimarem, imo nec Patrum, quidem quantum noui, antiquiorum: partim, quod nihil omnino ad praesens hoc argumentum illustrandum facere eum arbitrarer. Nempe eius explicationis autor nisi fallor Pachymeres, (si tamen genuina est interpretatio, qua verba eius explicat ex recentioribus Vir doctus,) ad Caput III operis Pseudo Dionysiani de Ecclesiastica Hierarchia: qui Sacram Coenam ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ vocari ait *διὰ τὸ τότε κοινωνεῖν τῶς ἀξίως πάντας τῶν μυστηρίων, quia in ea OMNES digni mysteriorum participes fiant.* Ut adeo ΚΟΙΝΩΝΙΑ dicatur quasi κοινὸν δεῖπνον. Quemadmodum in eum sensum, vocis tamen ΚΟΙΝΩΝΙΑ exinde explicationem non petens, differuit Chrysostomus Homilia XXVII in priorem ad Corinthios epistolam. *Δεῖπνον κυριακὸν, τῆτ' ἐστὶ τὸ δεσποτικὸν, ὁφείλει ΚΟΙΝΟΝ εἶναι. τὰ γὰρ τῆ δεσπότης ἔχει τῆ μὲν ἐστὶ τῆ οἰκέτης, τῆδε δὲ ἔχει ἐστὶν, ἀλλὰ ΚΟΙΝΗΙ πάντων τὸ ἐν κυριακὸν τῆτο φησὶ τὸ ΚΟΙΝΟΝ· εἰ γὰρ τῆ δεσπότης ἔστιν, ὡσπερ ἔν καὶ ἐστὶν, ἔχει ὁφείλεις ὡς ἴδια ἀποσπᾶν, ἀλλ' ὡς τῆ κυρία καὶ τῆ δεσπότης ἔντα, ΚΟΙΝΗΙ πᾶσι προτιθέναι, τῆτο γὰρ ἐστὶ κυριακὸν.* *Dominica, id est Domini Coena, debet esse COMMVNIS: Nam quae sunt Domini, non huius quidem sunt famuli, illius vero non sunt, sed COMMVNITER omnium.* *Hoc igitur quod Dominicam dicit*

cit

cit, COMMVNEM esse notat. Si enim Domini tui est omnino, non debes tanquam tua sit solius, eam interuertere, sed, tanquam quae Domini sit & Heri, COMMVNITER omnibus proponere. Hoc enim sibi vult nomen, quo appellatur Dominica. Taceo alia eius generis loca, siue ex ipsa illa Chrysofomi Homilia, siue ex aliorum Patrum scriptis facile colligenda, nihil enim vt dixi, ad stabiliendum illum vocis ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ vsu faciunt. Imo, ut ingenue quid sentiam, fatear; ne ipse quidem Pachymerae locus, quo utitur vir doctus, mihi illud diserte, quod ipse existimat, velle videtur. Certe enim κοινωνεῖν πάντας τῶν μυστηρίων, ex indole linguae, non tam significat κοινὰ εἶναι τὰ μυστήρια πᾶσι, quam πάντας μετέχειν τῶν μυστηρίων h. e. omnes participare & mysteriis, & cum iis coniungi, atque vniri cum pane & vino, quae sint corpus & Sanguis Christi; haec enim sunt μυστήρια. Vt adeo coincidat κοινωνία, Pachymerae sensu explicata, cum κοινωνίας primo genere, paulo ante a nobis exposito; nihilque necesse sit contra auctoritatem antiquorum monumentorum Ecclesiasticorum omnium, ex vnico Pachymerae loco, qui facillime interpretationem communi vsui magis conuenientem admittat, nouum prorsus atque insolitum vocis κοινωνία significatum comminisci.

XXVIII. At satis iam est, & forte plusquam satis. Quod si tamen pluribus hoc labore, quam necesse erat, nos defunctos esse aliquis arbitretur, ei cogitandum, adhuc pluribus tamen id fieri potuisse, foreque alios, quibus iusto breuiores fuisse simus visuri. Si quis talibus penitus se carere posse existimet, omnium eandem non esse indolem secum reputet: multaque esse huic saepe vel illi membro minus necessaria, imo etiam minus opportuna quandoque, quae tamen alia vsibus suis aptari certis occasionibus cupiant, totum corpus conseruationi suae inseruire gestiat. Non omnium eadem est indoles, omniaque omnibus fieri prudentiae est, vt aliqui ta-
men

men lucrifiant. Praeterea nemini non, qui verbum Dei, a viris diuinis, coelesti *Φορᾶ* actis, prolatum, decenter aestimet, & in eo veram quaerat oblectationem, vel conatum se probaturum, putem, eruendi ea, quae ad occasionem, causas, circumstantias diuinitus dictorum aliquo modo pertinere possint. Qui si successu etiam caruerit, condolendum quidem labori minus feliciter succedenti, magnis tamen ausis gratulandum, quibus pulcrum est etiam excidisse. Ceterum ea firmiter animo meo haeret sententia, nullum hac in parte collocatum laborem, modo animo bono & veritatis amante suscipiatur, irritum plane esse. Veritatem enim quaerentem non ita deserit ea, vt non sua passim ostendat vestigia, quae noua inuestigatione instituta, ad metam propius propiusque siue ipsum, siue alios, demum perducant. Si quid igitur hic quoque dictum scriptumque quibusdam, solidiore nixis ratione, se minus probauerit, id eos, si aequi sint atque boni, nam ceteros parum curamus, humanae condonaturos confidimus infirmitati: Si veritatem vero aliqua parte nos assecutos deprehendent, Deo nobiscum gratias acturos, qui solus omnium meditationum nostrarum principium vt sit, optamus, &

F I N I S.

